HIERONYMUS
Anfang 12. Jh.
Seite 21r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tyrium relegatus apocalipsin infinita futurorum mysteria continentem. Refert autem tertullianus quod a nerone missus olei dolium purior & uegetior exiuit quā intrauerit. Sed & ipsum euangliū eius multum distat a ceteris. Matheus quasi de homine cepit scribere liber generationis ihu xpi filii dauid filii abraham. Lucas a sacerdotio Zacharie. Marcus a prophetia malachie & esaie. Primus hab. & faciem hominis, ppter genealogiam. Secds faciem uituli, ppter sacerdotiū. Tertius faciem leonis propter uocem clamantis in deserto. Parate uiam dni rectas facite semitas eius. Iohannes uero noster quasi aquila adsupna uolat & ad ipsum patrem pueniit dicens. In principio erat uerbum & uerbū erat apud dm & ds erat uerbum. Hoc erat in principio apd dm. Exposuit uirginitas quod nuptie scire non poterant. Et ut breui multa sermone conpēdam doceam q. eius priuilegii sit iohannes immo in iohanne uirginitas. ad nō uirginē mater uirgo uirgini discipulo cōmendatur. Ueru cassō labore sudamus. Obiicit quippe nobis aduersarius apostolicam sententiam & ait. Adam primus formatus est deinde eua. Et adam non est seductus. mulier autem seducta in preuaricatione facta est. Salua autem fiet pfiliorum generationem si pmanserint in fide & dilectione & sēificatione cū sobrietate. Consideremus cur apls ad hanc sententiam & unde pueniit. Uolo ergo uos orare in omni loco leuantes sanctas manus sine ira & cogitationibus. Consequenter itaq. mulieribus precepta dat ut ait. Similiter & mulieres in habitu ornato cum uerecundia & castitate ornantes se non in tortis crinibus aut auro t margaritis sive uestes preciosa. sed quod dec &

N Iohem in adriano sed a nerone in feruens oleū missū.